

Fragm. 52, 1 ed. Melber. ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὰ τοῦ πολέμου ἤκαζον καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁμοιοῖα ἀκριβῶς ἐχρῶντο, ὥσθ' ἄπερ τοῖς πολλοῖς ἐκ μὲν ἀκράτου εὐπραγίας ἐς θάρσος, ἐκ δὲ ἰσχυροῦ δέους ἐς ἐπιείκειαν φέρει, ταῦτά τε αὐτοῖς τότε διαλλαγῆναι· ὅσω γὰρ ἐπὶ πλείον εὐτύχησαν, ἐπὶ μᾶλλον ἐσωφρόνησαν, τὸ μὲν θάρσος, οὐ τὸ ἀνδρείον μετέχει, πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἐνδεικνύμενοι, τὸ δὲ ἐπιεικές, οὐ κ. . ., ἐν εὐτυχίᾳ κατ' ἀλλήλους παρεχόμενοι. Sic legitur fragmentum quod in codice Vaticano Graeco 73 (rescripto) exstat, et in nova Melberi editione et in priore Dindorfi. Sed quod editores exhibent εὐτυχία, id coniectura Bekkeri effectum est, cum in libro Vaticano traditum sit εὐψυχία.

Quoniam autem praeceptis artis criticae vetamur lectionem traditam mutare, priusquam contigerit ut eliciamus e verbis corruptis quod conexui sententiarum ab omni parte sufficiat, abiciamus Bekkeri emendationem ac restituamus εὐψυχία vel εὐψυχία, qua voce Dio haud raro usus est, veluti fr. 56, 1 Melb. τὸ δύσελπι ἕξ τε ἀθυμίαν καὶ ἐς ἀπόγνωσιν ἐμβαλὼν καὶ τὴν Ῥώμην τῆς εὐψυχίας ἀφαιρεῖται. Iam accuratius fragmentum illud inspicientes fieri non potest quin cognoscamus duas sententias a scriptore ita sibi oppositas esse, ut altera alteri verbo tenus responderet: τὸ μὲν θάρσος — τὸ δὲ ἐπιεικές; πρὸς τοὺς ἀντιπάλους — κατ' ἀλλήλους; ἐνδεικνύμενοι — παρεχόμενοι. Nonne igitur etiam ea verba, quae quia corrupta sunt modo omisi, inter se congruisse statuendum est? Mihi quidem res dubia non videtur: Itaque post τὸ ἐπιεικές οὐ aliquid, quod μετέχει sententiae relativae antecedentis verbo responderit, excidisse putans lacunam ita expleo: τὸ δὲ ἐπιεικές, οὐ κ<οἰνωνεί ἢ> εὐψυχία, κατ' ἀλλήλους παρεχόμενοι; 'eam aequitatem quae cum fortitudine coniuncta est vel quae timore caret sibi praestantes'. Hac emendatione nos scriptoris si non ipsa verba, at tamen sententiam restituisse ex verbis sequentibus apparet: μήτε τὴν εὐπραγίαν ἐς ὕβριν μήτε τὴν ἐπιείκειαν ἐς δειλίαν ἐξάγοντες.

Fragm. 56, 9 Melb. (57, 8 Dind.). ὅτε οἱ <Ῥωμαῖοι> δικτάτωρα τὸν Φάβιον ἀνειπόντες, ἀγαπῶντες εἰ αὐτοὶ γε περιεγένοντο, οὐδὲ τοῖς συμμάχοις βοήθειαν ἀπέστειλαν οὐδεμίαν οὐδὲ . . ., πυθόμενοι δὲ τὸν Ἄννιβαν τῆς τε ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁδοῦ ἀποτετράφθαι καὶ ἐς Καμπανίαν ὠρμησθαι, τότε δὴ καὶ ἐκείνοις ἰωπῶς (?) μήτε ἐκούσιοι μήτε βιασθέντες μετὰστασιν ἐς ἀσφάλειαν ἐποίησαντο. Fragmento graviter corrupto, quod

ipsum quoque in codice Vaticano servatur, quid narretur, videmus ex Zonara 8, 25 (vol. II p. 245 Dind.) ἀγαπῶντες δὲ, εἰ αὐτοὶ μόνοι σωθεῖεν, οὐκ ἔσταιαν τοῖς συμμαχοῖς βοήθειαν. πυθόμενοι δὲ τὸν Ἀντίβαν ἐς Καμπανίαν ὀρμηθῆναι τότε καὶ τοῖς συμμαχοῖς ἐπικουρῆσαι ἔγνωσαν. Hinc cognoscitur in Dionis fragmento verbo ἐκείνοις socios significari, ad quos etiam μήτε ἐκούσιοι μήτε βιασθέντες pertinere nemo non videt, verba autem ἐς ἀσφάλειαν ἐποιήσαντο de Romanis agere. Atque hanc quidem locutionem ἐς ἀσφάλειαν ἐποιήσαντο Dio ex Thucydide sumpsit VIII 1. Iam cum fieri non possit, ut μήτε ἐκούσιοι μήτε βιασθέντες cum ἐποιήσαντο coniungamus, verbum desideratur, quo quidnam socii ne aut voluntarii aut vi coacti faceret Romanos praecavisse explicetur. Hoc inesse puto in μεταστάσιν; μεταστάσιν igitur scripserim, id est 'ne desciscerent'. Nam hoc sensu Dio saepius verbum μεθίσασθαι usurpavit, cf. 40, 16, 1 et 20, 1. Sequitur ut ex litteris ἰωπῶς, de quibus restituendis editores desperaverunt, aliquid eliciamus. Atque conferenti mihi libri 37 cap. 39 προσκαταδείσας μὴ πῶς... ἔξονειδίση τι dubium non est, quin legendum sit nostro quoque loco μὴ πῶς, ita ut tota sententia sic sonet: μὴ πῶς μήτε ἐκούσιοι μήτε βιασθέντες μεταστάσιν, ἐς ἀσφάλειαν ἐποιήσαντο. Restat, ut ad verbum ἐποιήσαντο obiectum reperiamus. Quod quamquam ἐκείνοις mutantibus in ἐκείνους lenissima medela efficere possumus, tamen propter Zonarae locum rectius videtur lacunam statuere et sic fere supplere: τότε δὴ καὶ ἐκείνοις (ἐπικουρῆσαι γνόντες αὐτοῦς) μὴ πῶς μήτε ἐκούσιοι μήτε βιασθέντες μεταστάσιν ἐς ἀσφάλειαν ἐποιήσαντο.

Fragm. 85, 4 Melb. (87, 4 Dind.). Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ὀλίγοις τισὶν ἰδίᾳ καὶ δι' ἀπορρήτων ὡς καὶ μόνῳ ἐκάστῳ συγγίγνοντο· ἔπειτα αὐταὶ τε πάντα τὸν καὶ ὑποπτεῦσαι μηνῦσαι τέ τι δυνάμενον ἐς σιωπὴν ἀναγκαίαν μισθῷ τῆς ὁμιλίας προκατελάμβανον. Agitur de Aemilia et Licinia virginibus Vestalibus, quae stuprum commiserant. Has primum paucis concubuisse, deinde timore proditionis motas eos quoque, qui aliquid suspicari atque denuntiari possent, ad se admisisse seu potius ad priores stupratores adsumpsisse narratur. Scripsisse igitur Dionem suspicor προσκατελάμβανον sicut paulo ante in eodem fragmento legitur εἰ μὴ περ ἢ Ζήτησις ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπὶ πλείον ἀρθείσα καὶ ἐκείνην (Marciam) προσκατέλαβεν.

Lib. 36, 51, 2. Tigranes filius Tigranis regis Armeniae, cum Phraati regi Parthorum persuasisset, ut armis secum coniunctis bellum Tigrani patri, inferret, ambo Artaxata oppugnaverunt. Sed cum obsidendo oppido tempus tereretur, Phraates parte exercitus sui Tigrani minori relicta domum abiit. Quod cum Tigranes senex comperisset, statim accurrit filiumque suum a socio relicto devicit: ἐπεὶ μέντοι χρόνου τε τῇ προσεδρία δαίνετο, καὶ διὰ τοῦτο ὁ Φραάτης μέρος τι τῆς δυνάμεως τῷ παιδί αὐτοῦ καταλιπὼν ἐς τὴν οἰκείαν ἀνεχώρησεν, ἀντεπῆλθέ τε ἐνταῦθα ὁ πατὴρ αὐτῷ μονωθέντι καὶ ἐνίκησε — immo τῷ παιδί αὐτοῦ, id est 'parte aliqua exercitus filio illic relicta'.

Lib. 37, 1, 2 Ἀρτώκης . . . πρέσβεις μὲν ὡς καὶ ἐπὶ φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν ἔπεμψε, παρεσκευάζετο δὲ ὅπως ἐν τῷ θαρσοῦντι καὶ διὰ τοῦτο ἀνελπίστῳ οἱ ἐπίθηται. Quamquam non negaverim Dionem dicere potuisse ἐν τῷ, ut significaret 'interim', tamen hoc loco propter sequentes dativos durities quaedam sermonis oritur, cum facile fieri possit primo obtutu, ut lector τῷ coniungat cum θαρσοῦντι. Itaque inserendum propono ὅπως ἐν τῷ <χρόνῳ> θαρσοῦντι . . . οἱ ἐπίθηται. Eodem modo dictum est fr. 27, 4 Melb. ὡςθ' ὑπὲρ ὧν τοὺς πολέμους πρὶν τοὺς μεγίστους ἀνηροῦντο, ταῦτ' ἐν τῷ χρόνῳ σύμπαντα ὡς εἰπεῖν οὐκ ἀστασιάστως μὲν, οὐ μέντοι καὶ χαλεπῶς κατακτήσασθαι. Significat enim ἐν τῷ χρόνῳ *intra tempus*, id est *intra tempus iustum ac necessarium* (τῷ) vel tempore, quo opus esset, peracto, neque est quod cum Herwerdeno ibi emendemus σὺν τῷ χρόνῳ.

Berolini.

Bernhardus Kuebler.